

Pri. 20. num. 39.

1768, 56.

21

EXERCITATIO IURIDICA
QUAESTIONEM CONTINENS

VTRVM DONATIO
OMNIVM BONORVM
VALEAT

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRAESTITUS

D. FRIDERICO GOTTLIEB
ZOELLERO


COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTIS. CAPITVL. CURIAE
IN PROVINCIA SUPREMAE IUD. LVSAT. INFERIOR. NEC
NON SACVL. IURID. AUSCOSORE ET ACADEMIAS
DECENVIRO

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXII. FEBRVAR. MDCCCLXVIII.

PUBLICE DEFENDET

CAROLVS AVGVSTVS NEVMEISTER
DR&SD.




LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.



TRYM DOMATO
OMORNI MINIMA
TAKA

LENTEN LETTERNA OGDINAE

ЛІПСІЯ



V E R O
PLVRIMVM REVERENDO
ATQVE
DOCTISSIMO
M. IOANNI CHRISTOPHORO
NEVMEISTERO
PASTORI AD AEDEM S. ANNAE
MERITISSIMO
ET MINISTERII ECCLESIAST. DRESDENSIS
SENIORI



SALVTEM EAM QVE DEVOTISSIMAM
O D I C I T U M I R U L T
E U R T A
O M I G A I T O O P
M I O A N I G H I S T O R I O
M E V U M V E R O
ДАИХА С МОСА ОД ПАОТИ
ОМЕЗЕТІНІ
F I L I V S
CAROLVS AVGVSTVS NEVMEISTER.

PATRIS SVMME VENERAN-
DI nomen est, quo hoc scri-
ptum Academicum publicae discepta-
tioni expositum prae aliis omnibus insignire volui
ac debui. Benignitatem TVAM et propensum
in me animum vti ingenue expendo: ita TIBI
me plurimum debere haud inuitus agnosco. Qui
me non tantum in prosequendis studiis satis libe-
raliter habuisti, sed in vniversum omnia beneficia,
quae ab amantissimo parente in filium proficiunt
possunt, copiose accumulasti, gratitudinis meae
iam pridem monumentum merebaris. Et si autem
materia huius exercitationis a TVO, PATER
mibi maxime DEVENERANDE, Vitae
genere aliena videatur: nihil tamen causae fuit;

A 3

quare



quare non *TVO* haec ipsa iudicio committerem,
quum scirem, quicquid a negotiis Ecclesiasticis
datur laxamenti, id et aliis scientiis, adeoque
ipsi Iurisprudentiae a *TE* impendi. Ceterum in
votis habeo, ut permultis adhuc occasionibus pos-
sim ostendere, immo publice significare, quanta
cum reverentia, submissione animi, deuotione ac
summa gratitudine per omne vitae meae tempus
TIBI sim obstrictissimus. Sic *OMNIPOTENTIA COELESTIS* *TIBI* producat
vitam, mala senectutis, quibus configeris, leniat
et minuat, *TEque Ecclesiae, immo familiae TVAE,*
adeoque mihi filio, qui parentis manus exoscular,
diu superesse iubeat!

§. I.



8

§. I.

Diuersi sunt modi, quibus dominium rei
nobis competentis in alterum transferre
licet. Libera enim dispositio effectum
domini*ū* constituens efficit, ut ex quacunque causa,
dummodo impedimentum lege adprobatum non ob-
stet, adquirere, et alios rerum nostrarum participes
reddere queamus. Hanc ob causam non solum ultimi-
ma voluntate, sed etiam inter viuos, quod potissimum

per



per contractum vel pactum fit, augemus substantiam, et conditionem nostrani eo modo, quem natura hominibus inscripsit, reddimus meliorem. Ad posteriorem classem imprimis referenda est donatio, quae, cum ex mera liberalitate domini alteri aliquid tribuat, titulus lucratius vocatur. Non equidem huius loci est, inquirere, vtrum donatio pactis vel contractibus sit adnumeranda, id tantum dixisse sufficiat, errasse c A S T R E N S E M et A N T O N I U M F A B R V M , qui in rationabilibus libro XLIX. Tit. V. p. 642. existimat I Y S T I N I A N U M huic negotio inter contractus nominatos dedisse locum. Ratio enim ab eodem ex L. 35. §. vlt. C. de donat. desumta, quod nempe solo consensu nudoque pacto fieri possit, nihil probat; constat potius Imperatorem hoc pactum nudum, ex quo in regula nulla competitab actio, confirmasse, et speciali constitutione effectum obligandi eidem suppeditasse, quae negotia,

cum

cum ex singulari dispositione valeant, pacta legitima
vocantur. Quamuis, quod sponte profitemur, haec
distin^{tio} moribus hodiernis sit inanis, cum Iure Ger-
manico ex quolibet pacto, quod finem eundemque li-
citum habet, cum effectu agi possit.

§. II.

Variae dantur donationis species, quae prolixiori
stile ab illis, qui systemata iuris conscriperunt, per-
tractantur, quare, illas ut recenseamus, non est neces-
sarium. Unicā tantum quaestio nobis in praesenti disceptan-
di praebebit occasionem. Fingamus nequipe casum:
TITIVM omnia bona sua, tam praesentia quam futu-
ra, mobilia et immobilia pariter ac iura donatione inter
viuos reliquisse PAVLLO, sibique nihil, de quo dispo-
nere possit, retinuisse. Quaeritur, vtrum TITIVS
ex post facto donationem ex capite nullitatis impugnare

B possit,



possit, vel an eadem secundum leges et obseruantiam
fori valeat?

§. III.

Non vna eademque Doctorum de hac re est sen-
tentia. Nonnulli adfirmatiuam opinionem eandemque
legibus conuenientem defendunt, alii libertatis princi-
pia sectantes id prorsus negant. Quae decisio defen-
di possit, iam inquiramus! Negantibus potissimum ac-
cedit CARPZOVIVS P. II. Const. El. XII. def. 26. cu-
ius ratio potissimum in eo consistit, quod donator, qui
omnia donat bona, sibi facultatem testandi adimat; et
consentientem hac in caussa hahet SCHNEIDEW. ad
Tit. Instit. de donatione inter viuos p. 94. Assistere huic
sententiae videtur principium Iuris et fauor ultimarum
voluntatum, ob quem leges, ne pacis restringatur li-
centia testandi, prohibuerunt. Hac ex causa L. 52. §. 9.

ff. pra

ff. pro Socio, PAPINIANVS respondit: societatem non posse ultra mortem porrigi, et ideo nec libertatem de supremis iudiciis quemquam constringere posse. Et in L. 15. C. de Pact. Imperatores disertis disponunt verbis: Pactum, quod dotali instrumento comprehensum est, ut, si pater vita fungeretur, ex aequa portione ea, quae nubebat, cum fratre haeres patris sui lesset, neque ullam obligationem contrahere, neque libertatem testamenti faciendi mulieris patri potuit auferre. Quia ex causa stipulatio hoc modo concepta: Si heredem me non feceris, tantum dare spondes? I. 61. ff. de Verb. oblig. in utilis dicitur. Quod si itaque Iure Ciuiili potestas testandi pacto non potuerit restringi, nec donationem, quae est species pacti, de omnibus bonis fieri posse videtur, cum tali ratione donotari facultas ultima voluntate de patrimonio disponendi auferatur.



non metisicel vibod §. a IV.
Distinguere equidem alii solent inter donationem
simplicem et reciprocam, et posteriorem, quamvis
concernat omnia bona, validam esse credunt: Ast cum
diuersitatis ratio dari nequeat, et causa, ex qua prohi-
betur donatio simplex, haud deficiat in reciproca, pari-
terque per hanc admittatur potestas testandi, huic senten-
tiae subscriendum non censemus. Quam ob rem
CARPZO. v. Resp. Lib. V. Resp. LXV. praeiudicio testa-
tur, eandem pro inualida fuisse pronunciatam.

§. V.

Aliam rationem, ex qua donatio omnium bono-
rum non sit admittenda, in eo quaerunt, quod videli-
et per illam donatori necessaria vitae subsidia subtrahantur,
quod tamen bonis moribus et saluti Reipublicae
repugnaret. Si ratio adiecta esset vera, haec senten-

■ ■ ■

13

tia omnino sibi locum vindicaret, cum pacta, quae offendunt salutem reipublicæ, quæ est lex suprema, qui omnes obtemperare tenentur, et bonos mores laedunt, legibus pariter ac equitate destituantur effectu. Ast cum ratio eadem sit minus adæquata, nec decisionem certam efficiat, veritasque adserti omnibus numeris absoluta dici nequit. Prospicit enim donator, si sapit, sibi pactio adiecto; et a donatario alimenta necessaria, ne egeat, stipulabitur. Quod si non obseruauerit, suæ culpe damnum exinde resultans est adscribendum, et aequiparatur illi, qui nimia prodigalitate bonis lapsus, in eam incidit conditionem, ut victimum et amictum sibi parare nequeat, sed potius mendicantium more vbiique errare cogatur. Inutile est reipublicæ membrum, quod cum de conseruatione suum ipsis non cogitat, nec salutem reipublicæ augere nec eidem præiudicare potest. Et singas etiam, donatorem per pactum sibi non pra-

politisca

B 3

spexisse,



Spexisse, curam huius rei habebit iudex, quem, ut actiones ciuium inquirat et dirigat, leges stringunt. Pin-
 guius enim ait **PAVLVS** et **TRYPHONINVS** L. 49.
 et 50. *ff. de re iudicata:* pinguius succurrere debemus do-
 natori, quam ei qui verum debitum persoluere compel-
 litur, ne liberalitate sua inops fieri periclitetur. Hinc
 donatio, quae excedit summam quingentorum solidoi-
 rum, aliter non valet, nisi accesserit insinuatio iudi-
 cialis, circa quam iudex potissimum ad personam do-
 natoris, vtrum vitae subsidia necessaria retineat; et ad
 personam donatarii, in qua conditione sit constituta,
 respicere tenetur. §. VI. Meliori iure sententiam, quod donatio omnium bo-
 norum valeat, defendendam esse censemus; id, quod partim
 ex natura actus, partim ex auctoritate legum probari potest.
Donatio, uti ex praemissis constat, proficiscitur ex mera li-
 beralitate



beralitate eius, qui est dominus rerum suarum; domino
competit liberrima de re sua disponendi potestas, nisi lege
aut pacto vel testamento sit restricta; Quemadmodum
itaque quis distrahere et vendere res potest, ita quoque
datur facultas donandi, cum diuersitatis ratio, quae
hanc liberalitatem restringit, non existat. Distinctio;
quod venditio sit titulus onerosus, donatio vero lucra-
tivus, nihil efficit: sufficit enim, donatorem esse domi-
num, nec improbari pactum liberatorium, quo creditor
debitori id, quod de iure poterat exigere, remittit.
Multo minus obstat fauor ultimarum voluntatum, quae
per donationem omnium bonorum restringuntur et pla-
ne tolluntur, cum partim Iure Germanico pacta, qui-
bus nobis facultatem testandi adimere solemus, valeant,
partim etiam leges Ciuiles in contrarium nihil disponant,
sed, quatenus ad probationem sententiae aduersae citantur,
de longe diuerso casu differeant. Testamenta etenim



in fauorem patris familias, ut praerogatiua gaudeat libere
 de rebus suis disponendi, et praerogatiuam ciuibus ex
 statu competentem possit exercere, iure Ciuii sunt in-
 uenta: Quum vero quilibet fauori pro se introducto pos-
 sit renunciare, satis superque constat, in arbitrio eius
 esse positum, vtrumq[ue] inter viuos vel mortis causa de re-
 bus suis, dummodo alterius ius quaesitum non auferatur,
 velit disponere. Nec praeiudicium exinde oritur Rei
 publicae, quippe quae bona moribundorum in regulâ
 non potest occupare, nisi sint vacantia. ^{cup} Ipse C A R P-
 Z O V I V S, quamvis contra nos sentiat P. II. Corist. Elect. M.
 XII. def. 26. n. 4. sententiam defendendam esse i confiteri
 cogitur ex regula Iuris, quam n. 6. profert, nempe quod
 nemini auferri possit libera testandi facultas, quod prin-
 cipium, cum legibus sit conueniens, decisionem, quae q[ue]
 ex communi opinione, quae ius non efficit, auctorâ-
 tem nanciscitur, vincit.



on megal. lib. 10. §. 10. VII. mensiliter bel. circa
Adsistunt et nostrae opinioni eandemque confir-
mant leges; IVSTINIANVS nempo L. 35. §. 4. C. de
donat. his vtitur verbis: Sed si quis vniuersitatis faciat
donationem, siue bessis, siue dimidiae partis suaे substanti-
tiae, siue tertiae, siue quartaē, siue quantaecunque vel
totius, si non de inofficiosis donationibus ratio in hoc
reclamauerit, coarctari donatorem legis nostrae auctorita-
tē tantum, quantum donauit, praestare; obseruatione
et hic monumentorum (secundum quod iam sanximus)
omnimodo requirenda, et §. 5. rem adhuc plenius expo-
nit: Sin vero, ait, et hoc praetermissum sit, et vsumfru-
tum minime detinuerit, nihilominus ex lege nostra ne-
cessitatē ei imponi etiam tradere hoc, quod donare
existimauit: ut non ex hoc inutilis sit donatio, quod
res non traditae sunt: nec confirmetur ex traditione do-

1018sq

C

natio,



natio, sed liberalitatem plenam et secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur, et necessitatem habeat donator omnino vel res vel partem substantiae, quam nominauerit, vel totam substantiam tradere. Probat Imperator in hac lege, quod donatio circa vniuersam donatoris substantiam possit versari, nec requirit, ut donator certam partem, de qua habeat licentiam testandi, retineat, sed tantum eius arbitrio relinquat, vtrum sibi prospicere, et pacto aliquid hac de causa adiicere vellet. Hinc verbis initialibus §. 5. distinguit: vtrum donator sibi reservauerit viuumfructum rerum, quas per donationem in acceptantem translilit, nec he: si et in posteriore casu demonstrat, hoc non impedire traditionem, sed pacto esse insistendum, ut ex voluntate donantis actus plenariam consequatur interpretationem. Quum itaque Imperator



perator huic pacto largiatur effectum, nullo respectu ha-
bito ad quantitatem bonorum, sed potius vniuersam
substantiam transferri posse diserte disponat, procul
dubio restric^{tio}, quam addere solent Doctores, cum,
lege non distingueinte, nec nostrum sit ut distinguamus
solido destituitur fundamento.

onimo tercier sicuti sensu etiamque ab uno ex his quatuor
in matrimonio hoc est. nam omnia de libebo et qui

§. VIII.

Obstare equidem videtur Ius Saxonum Prouinciale L. I. art. 52. Ohne der Erben Laub und ohne Gericht
mag kein Mann sein eigen Gut, noch seine Leut vergeben:
Vergiebt er es aber wider Recht ohne der Erben Urlaub, die
Erben mögen sich ihres Guts wohl unterwinden mit Recht,
als ob der toti wäre, der es gab, darum, daß er es nicht
vergeben möchte. Generaliter in hoc textu prospicitur
heredibus ab intestato venientibus, ne bona, quae post



mortem ad illos iure devoluuntur, in ipsorum praeiudicium alienentur, et in casu contrauentonis ipsis tribuitur dominium, vi cuius actum alienationis impugnare, et actione vindictoria contra possessores rerum iniusto modo alienatarum agere possint. Ex hac itaque decisione vtique prohibita esset donatio omnium bonorum, quae cum ad species alienationis refertur omnino ius succedendi ab intestato aufert. Sed sententiam in citato textu pro vniuersali non esse habendam, demonstrat Elector Saxonius *P. II. Conf. Elect. XII.* qui vocabulum, quo vtitur Ius Prouinciale: *Eigen*, non de omnibus intelligit bonis, sed tantum ad auita, quae germanice *Stamm-Güther* vocantur, restringit, eoque ipso retractum legalem, qui ex *Conf. Elect. XXXII. P. II.* consanguineis certo modo competit, probat. In super declarat, alienationem bonorum in tantum non valere,

in



in quantum fraus fiat legitimae, quam descendentes de iure ex bonis parentum sibi vindicant, et, ut indices hisce personis quoquis modo prospiciant, iubet. Probat quoque hanc sententiam praxis quotidiana. Quodsi enim textus Iuris Prouincialis vniuersalem constitueret regulam, nullo modo valerent pacta successoria, per quae successiones ab intestato restringuntur, et cognatis ius hereditatem consequendi adimitur.

§. IX.

Sed quid sentiendum de interpretatione donationis, quando de mente donantis non satis constat? Ponas casum: Titum Caio omnibus donasse bona, nullamque eorum partem sibi reseruasse. Ex post facto vel sorte vel iure hereditario aut alio titulo patrimonium donantis augetur; quaeritur, vtrum donatarius et hoc



augmentum appetere, eamque ob causam contra donan-
 tem ex pacto agere possit? Adfirmativa sententia obti-
 nere videtur, si ad verba pacti, quod donator cum do-
 natario celebrauit, respicere voluerimus. Dum enim
 donator vniuersorum bonorum fecit mentionem, et ut
 illa donatario obueniant, voluit, procul dubio id egisse
 praesumitur, ut tam bona praesentia quam futura sub ea-
 dem vniuersitate comprehendantur. Conuenit haec
 praesumptio regulis interpretationis, secundum quam is,
 qui omne dicit, nihil excludit, et interpretationem vbe-
 riorem, quamvis aliud in mente retinuerit, pati tenetur.
 Et cum in dubio explicatio contra illum sit facienda, qui
 clarius loqui potuisset et debuisse, sibi imputet donator,
 qui donationem, quam de bonis tantum praesentibus
 inire volebat, ad illum casum expresse non restrinxit,
 nec bona futura et ex post facto contingentia sibi refer-
XI.
notius uauit.



uauit. Ast his non obstantibus verior nihilominus et iuri conuenientior mihi videtur sententia, donatario potestatem exigendi bona futura penitus esse denegandam. Non equidem defendam opinionem aliorum, donationem esse negotium stricti iuris, cum omnes conuentiones strictum ius et bonam fidem simul contineant, nec separatis stricti iuris vel honestae fidei dici possint, nihilominus tamen ex natura negotii dependere interpretationem, demonstrabo. In omnibus nempe negotiis ad tempus, quo eadem sunt celebrata, est respiciendum, et secundum illud, si obuenit dubium, decisio feren-
da. Iam vero si considerare velimus donationem, extra dubium est, contrahentes respexisse ad quantita-
tem substantiae, quae eo tempore, quo conuentio-
nem perficiebant, aderat. Augmentum enim igno-
rabant, nec tale praeuidere poterant, et cum ad non

cogitata



cogitata nulla valeat extensio, insuper in obscuris,
sec. Lib. ff. de Regul. Iur. quod minimum, est se-
quendum, de bonis ex post facto donatori accedenti-
bus donatio non est intelligenda, sed potius donatario
imputandum, quod de bonis futuris sibi non prospexerit.
Quam sententiam quoque confirmat M E N C K. in Pand.
ad Libr. XXXIX. Tit. V. §. 12. et S T R Y C K. Vf. Mo-
dern. ad h. t. §. 9.



Leipzig, Diss., 1768 R2

X 241 7957

Pr. 20. num. 39.

1768, 56.

21

JO JV R I D I C A

M CONTINENS

DONATIO
BONORVM
EAT

A M

ORVM ORDINIS

RITATE

E S J D E

CO GOTTLIEB
LE RO

MARTIS. CAPITVL. CYPRIAE
IUD. LVSAT. INFERIOR. NEC
SUSORE ET ACADEMIAE
MVRO

JO FACTORVM
A.R. MDCCCLXVIII.

DEFENDET

TVS NEMEISTER
E S D.

SIAE
LANGENHEMIA.



Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

